

Cedet Colegio major del anno -

R O M A
ILLUSTRATA,

sive
**ANTIQUITATUM
ROMANARUM
BREVARIUM.**

**Opusculum ad inſtar Commen-
tarii in Romanarum rerum
Scriptores.**



A D
LECTORES
ROMANE
ANTIQUITATIS
STUDIOSOS.



Ffero vobis exiguum Libellum, cuius tamen illustre est & magnum argumentum. Lipsius est, in COMPENDIUM contractus, quem vel hoc nomine gratum futurum spero. Sed magis ob Commoditatem & Utilitatem. Quis enim vestrum, qui jani forte in peregrinatione estis, ingentia Lipsii volumina undique secum circumferat? Ecce vobis hic facundum, nec pondere molestum vix comitem. Hic se aperit prima illa verus Romanorum MAGISTRATUM dignatio & maiestas. Hic MILITIAM



J U S T I L I P S I
D E
M A G I S T R A T I B U S
V E T E R I S P O P. R O M.

C A P. I.

*Diversi Honorum: quid Dignitas proprie, Potestas,
Magistratus. Exymon nominis.*

De Magistratibus dicturus, ut id dilucide & compere possum, de *Honoribus*, ejusque disertim ine, quedam libabo. *Honorem* hic publicum intelligo: quem jus definio, titulumque supraceteros, *lege aut more concessum*. Is duplex; *divinus*, aut *humanus*. *Divinus*, qui ad superum cœlestemque cultum pertinet; cui *pietas* & *religio* finis: quo in genere *Sacerdotes*. *Humanus*, qui coram *administrationemque* tangit rerum humana rerum: cui *salus* & *utilitas* publica finis. quo in genere tria cententur, *Dignitas*, *Potestas*, *Magistratus*. *Dignitatem* appollo, auctoritatem in iuadendo, consulendo, decernendo; qualis *Senarorum* & *Judicium*. *Potestatem*, jus legicimam regendi, iubendique extra Urhem & ejus fines; ut sunt *Imperia* & *Præsidatus*: *Magistratum*, simile jus, sed in Uibe ipsa milites & divisio ex veterum mente & usu: et si misceri interdum scio. & omnem fere *Honorem* v. nire in nomen *Magistratus*. Ita At Rogetes

